No. 1.

ORAZIONE EPITALAMICA

DI

FRANCESCO FILELFO

RIPRODOTTA E VOLGARIZZATA

DA

GIOVANNI BENADDUCI



TOLENTINO
Stab. Tip. Francesco Filelfo
1892

NELLE NOZZE

della nobile signorina


MADDALENA PACE

con l' egregio signore

GIOVANNI PIERMATTEI

XXVIII APRILE MDCCCXCII





Francisci Philelfi *oratio habita in connubio magnificae puellae* Margaritae Arcimboldae *et magnifici equitis aurati* Antonii Cribelli.

Cum inter vehementissimos ac maximos animi affectus tanta sit vis amoris, illustrissime princeps, praestantissimi patres, matresque honestissimae, ut etiam antiquissimus ille poeta Orpheus idemque theologus cum non dubitaverit non modo deum asserere, sed primum quoque deorum omnium, post discretum atque digestum in sua membra chaos, quod nominant, apparuisse in coelo, ob idque *Phanetis* appellationem meruisse, quod nihil scilicet sine amore atque concordia in universo mundo constare firmius aut diutius possit; quid dicemus de sacratissimo ipso amoris vinculo ac plane indissolubili, quo viri atque uxoris animi honestissimo quodam nexu invicem vinciuntur? Quod si coniugium prius in coelo fit divino iussu ac decreto quodam, quam celebretur in terra, quis ambigat quidquid ab eo fit id optimum esse oportere? At in primis parentibus matrimonium Deus ipse omnipotens mirabili charitate instituit: ad haec Jesus clementissimus humani generis Redemptor tum in coniugio nasci dignatus est, tum, invitatus

Orazione di FRANCESCO FILELFO per gli sponsali della magnifica donzella *Margherita Arcimboldi* e del magnifico cavaliere aurato *Antonio Crivelli* (1).

Se tra i più ardenti e grandi affetti dell' animo, tanta è la forza dell' amore, illustrissimo principe (2), *prestantissimi padri, onorevolissime madri, che perfino l' antichissimo poeta e mitologo, Orfeo, non dubitò non solo di chiamarlo dio, ma di aggiungere che primo di tutti gli dei apparve in cielo, dopo che il così detto caos si sceverò e compose nelle sue parti, e meritò quindi il nome di* Fanete *(Apparente), perchè nulla senza l' amore e l' armonia può aver nel mondo un po' di stabilità e durata; che diremo dello stesso sacrosanto e del tutto indissolubile vincolo di amore, col quale gli animi dell' uomo e della donna vengono scambievolmente stretti con un certo onestissimo congiungimento? Che se il matrimonio, prima che avvenga in questa terra, è stabilito in cielo per divino volere e decreto, chi può aver dubbio che qualunque cosa ne derivi è mestieri sia ottima? Lo stesso onnipotente Iddio con mirabile carità istituì il matrimonio nei progenitori, e il clementissimo Gesù, Redentore dell' uman genere, come*

ad nuptias, non invitus venit, easque sua praesentia non solum honestavit sed etiam iuvit. Et quamquam omnis amor delectari plurimum solet, is tamen qui ex bono coniugali percipitur ac manat, tantam et tam incredibilem voluptatem prae se fert, ut nihil in vita possit esse iucundius. Ad huiusmodi autem amoris honestatem ac iucunditatem accedit magnitudo utilitatis, quae quidem tria cum in universa vita expetuntur, tum in amicitia maxime. Nam quam aliam amicitiam huic necessitudini caritatique coniugali anteponamus? Non enim, coniuges, non possunt rationem habere et augendae et conservandae rei familiaris cum ob universam domum, tum ob liberos vel procreatos vel procreandos, quorum vitae dignitatique consulere naturae etiam ductu impellimur.

Erat sane apud Lacedaemonios iis qui ad senectutem usque vitam celibem duxissent perinde atque proposita quaedam ignominiae nota; quippe qui nihil in posterum propagandae reipublicae consulere viderentur. Quo factum est ut generosi illius adolescentis dictum in Dercyllidan improbaretur a nemine.

— Nam nec tu mihi, qui cessurus sit genuisti.

Non enim assurrexit Dercyllidae adolescens, neque honorem quem mos erat a minoribus praestari grandioribus natu ei exhibuit. Et quisnam dubitet eum qui, vitam ut vivat activam, infamiae crimine vacare non posse, ubi sine uxore vixerit, quum vel divino praecepto crescere nos semper oportet ac multiplicari et quadam naturae lege gignere nobis similes? Itaque non absurde vestri vobis parentes, ut sunt viri graves et sapientes,

si compiacque di nascere dal connubio, così, invitato ad assistere a nozze, ben volentieri vi si condusse; e, non solo le degnò di sua presenza, ma eziandio di favore. E, quantunque ogni amore soglia produrre grandissimo diletto, tuttavia quello che dal bene coniugale si riceve e scaturisce, porta seco tanto e così incredibile piacere, che nulla al mondo può esservi di più delizioso. All' onestà e al diletto di un cosifatto amore si aggiunge l' importanza dell' utile: le quali tre cose, come si desiderano in tutta la vita, così specialmente nell' amicizia. Imperocchè qual' altra amicizia può anteporsi a questa intrinsichezza e benevolenza coniugale? Chè i coniugi non possono a meno di non pensare ad accrescere e conservare la sostanza domestica, vuoi per la intera famiglia, vuoi per i figliuoli nati e da nascere, alla cui vita e dignità anche per istinto di natura siamo spinti a provvedere.

Presso gli Spartani erano marcati da una tal quale nota d' infamia coloro, che fino alla vecchiaia avessero trascorsa la vita nel celibato, come quelli che sembrassero non volere cooperare per l' avvenire allo sviluppo della repubblica. Per il che avvenne che nessuno garrì quel generoso giovinetto, che osò a Dercillida muovere questo rimprovero.

— Nemmeno tu generasti chi mi succederà.

Il giovinetto non si levò in piedi al comparire di Dercillida, nè gli prestò quel saluto che era costume farsi dai minori ai più anziani. E come dubitare non potere essere scevro d' infamia chi, per vivere una vita operosa, rimane senza moglie,

nec inutiliter prospexerunt, cum tibi, Margarita Arcimbolda, pulcherrima pudicissimaque puella, tum item tibi generose adolescens equesque aurate, Antoni Cribelle, quos non modo non adversantes, sed quammodissime obtemperantes voluntatibus adhortationibusque paternis, hoc laudatissimo et optimo ad procreandos liberos sacramento, invicem videam coniugari.

Igitur non ignorare vos oportet quae sint tanti ac tam praeclari muneris bona, quae triplicia viri sapientissimi esse voluerunt. Nam primum positum est in fide, alterum in prole, tertium in sacramento. Et sacramento quidem cavetur ne divortium fiat, sed omnia quae ad regendum matrimonium suscipiendosque liberos attinent, sancte innocenterque serventur. Quod autem munus ad prolem spectat, illud esse volunt ut et pie suscipiatur, et alatur benigne, et educetur religiose. Fides vero omnem fugat intemperantiam libidinis quo vinculi coniugalis tam in viro quam in uxore sanctitas pro mutua dilectione perpetuo constet. Et ne sim prolixior quam et locus et tempus et personarum postulet dignitas, iis in praesentia praetermissis, quae pro rei magnitudine permulta dicenda essent, ego vos, spectatissimi coniuges, monere, hortari, rogare, obsecrare, obtestari non desinam ut nihil vobis potius ducatis quam et dies et noctes habere ante oculos Deum ad quem unum mentem omnem cogitatusque vestros quam pientissime referatis quo tanquam praesente atque vidente, omnia nihil omnino neque agatis, neque dicatis, neque meditemini, nisi caste et continenter: sic enim omnia erunt vobis optata atque

mentre a noi conviene anche per divino precetto sempre crescere e moltiplicarci e per legge fissa di natura procrearci dei simili? Laonde i vostri genitori, da persone serie e sagge, ben a proposito e con utilità provvidero, così a te, o Margherita Arcimboldi, bellissima e castissima fanciulla, come pure a te, o generoso giovine e cavaliere aurato, Antonio Crivelli, cui veggo non pure non ripugnanti ma colla massima prontezza obbedienti alla volontà e al consiglio dei vostri genitori, scambievolmente unirvi in questo lodabilissimo e sublime sacramento per averne figliuoli. Pertanto è mestieri sappiate quali siano i doveri di un tanto e sì cospicuo officio, che, a detta di sapientissimi uomini, sono tre: la fedeltà, la figliuolanza, il sacramento. Pel sacramento si provvede che non avvenga il divorzio, ma con santità ed innocenza si compia tutto che si riferisce al governo del matrimonio e alla procreazione dei figliuoli. Il dovere verso la prole consiste nell'accoglierla pietosamente, nel nutrirla con amorevolezza, nell' educarla con religione. La fedeltà poi tiene lungi ogni sfrenatezza di libidine, perchè la santità del vincolo matrimoniale tanto nel marito quanto nella moglie rimanga inalterata per mutua benevolenza. E per non andar più oltre di quanto richieggano il luogo, il tempo e la dignità delle persone, tralasciate ora moltissime cose che l' importanza dell' argomento richiederebbe, io non cesserò, spettabilissimi coniugi, di ammonirvi, esortarvi, raccomandarvi, pregarvi e scongiurarvi di nulla stimar meglio che tenere notte e giorno innanzi agli occhi Iddio, cui solo dovranno piissimamente esser rivolti gli

felicia. Quod autem secundo loco vobis arbitror observandum, adhibete diligentem operam ut parentibus maioribusque vestris ornamento laudique sitis.

Tu enim, Margarita, nata es Nicolao Arcimboldo, clarissimo iurisconsulto ac viro disciplinarum omnium laudatissimarum doctissime erudito, consiliarioque ducali sapientissimo et optimo; matre autem probatissima ac nobili, Ursina Canossa. Nam quid ego commemorem tot ac tantos vel paterni vel materni sanguinis nobilissimos magnificosque viros, Palavicinos, Rubeos, Folianos, Torellos, Archensesque comites, cum in hoc uno Nicolao Arcimboldo tanta sit virtus tantus splendor ut cum omni antiquitate possit de sapientiae et integritatis laude contendere?

Tu autem, Antoni, ea Cribellorum familia natus es, quae divum Gulielmum origine comitem auctorem generis habens, non Mediolani solum illustris est et praepotens, sed in universam Italiam non belli minus quam pacis artibus cognita, quorum ego singulorum eximias laudes si velim singillatim prosequi, nullam neque temporis nec loci rationem sim habiturus. Ut enim silentio praeteream et Urbanum tertium summum ecclesiae romanae pontificem, et alios permultos vel episcopos vel belli duces; ad haec et iurisconsultos et philosophos quibus familia tua est iampridem splendidissimi celebritatem nominis omnium gentium testimonio assecuta, satis tibi ad optimarum actionum imitationem exemplo sint, vel pater tuus vir magnificus, Hogolinus comes, vel patrui ipsi duo, cum reverendissimus Pontifex Novariensis, Jacobus Philip-

affetti e i pensieri, e nulla giammai fare, dire e pensare se non con purità e continenza, come se fosse sempre presente e vedesse: in tal modo tutto riuscirà secondo i vostri desideri e felicemente. Ciò che in secondo luogo dovrete voi osservare si è di adoperarvi con premura per riuscire ad essere di decoro e di lode ai vostri genitori ed antenati. Tu infatti, o Margherita, sei figliuola a Nicolò Arcimboldi, chiarissimo giureconsulto e personaggio versato profondamente in tutte le più lodevoli discipline e consigliere ducale saggissimo ed ottimo; e a una madre specchiatissima e nobile, Ursina Canossa. A che ricordare i tanti personaggi nobilissimi e magnifici della schiatta paterna e materna, i Pallavicini, i Rossi, i Fogliani, i Torelli e i Conti Archinto, mentre in questo solo Nicolò Arcimboldi tanta è la virtù e l' eccellenza, che può gareggiare con tutta l'antichità per lode di sapienza e d' interezza ? (3).

Tu poi, o Antonio, sei discendente da quella famiglia dei Crivelli, che avendo per capostipite il divo Guglielmo, Conte per nascita, non solo è illustre e potentissima in Milano, ma è nota in tutta Italia per gli studi della pace e della guerra, cui se volessi singolarmente encomiare, non dovrei tener conto del tempo e del luogo. Avvegnachè, volendo passare sotto silenzio Urbano III della romana Chiesa sommo pontefice, ed altri moltissimi o vescovi o capitani, non che giureconsulti e filosofi, mercè i quali la famiglia tua si è resa celebre per fama chiarissima, a testimonianza universale, ti siano di esempio, per imitarne le ottime azioni, il Conte Ugolino tuo padre, uomo

pus, tum comes Antonius humanitate prudentiaque insignis. Praetereo enim consulto affines reliquos atque propinquos tuos, quorum numerus est prope infinitus, ne iudicer quam par sit in dicendo curiosior. Tu velim ad domestica exempla, quibus debes ad omne probitatis generis mirifice inflammari, utaris etiam illa qui semper soles bonitate ingenii tui. Fac, obsecro, ut quam de tua laude expectationem concitasti, hanc non minus in hoc fausto et bene convenienti coniugio, quam in caeteris vitae partibus substineas atque tuearis. Volat enim adolescentia alis pernicibus et omnis aetatis flos brevi momento languescit. Sola virtus stabilis est possessio, sola incommutabilis, quae tametsi in omni vitae statu est utilis, in matrimonio tum maxime necessaria. In hoc enim reipubblicae seminarium constituitur, quod nisi omni vitio vacaverit, nunquam ad bonam frugem sit perventurum.

Mediolani, septimo kalendas julias, 1458.

illustre, e gli stessi due tuoi zii, Jacopo Filippo vescovo di Novara (4) *e il Conte Antonio ragguardevole per cortesia e prudenza. A bella posta non parlo dei tuoi affini e parenti, di cui il numero è pressochè infinito, per non essere giudicato più minuzioso di quanto richiegga la mia concione. Vorrei che tu, seguendo i domestici esempi, ai quali dovrai ispirarti per ogni genere di virtù, facessi maisempre uso della tua consueta mitezza d' indole. Cerca, te ne scongiuro, di corrispondere all' espettazione che della tua lode hai eccitato, non meno in questo fausto e convenientissimo coniugio, che negli altri periodi della tua vita. La giovinezza sen vola con ali rapidissime e il fiore dell' età languisce in un attimo. La sola virtù è un bene che dura ed è immutabile; la quale, se in ogni stato della vita è utile, nel matrimonio è quanto mai necessaria. Con esso difatti formasi il vivaio della società, che, se non rimarrà scevro da qualsiasi vizio, giammai se ne coglierà buon frutto.*

Milano, 26 giugno, 1458.

NOTE.

(1) Questa orazione, di cui fa cenno il Rosmini, biografo del Nostro *(Milano, Mussi, 1808, II, 120)*, fu da me estratta da un rarissimo libro posseduto dalla biblioteca Filelfica di Tolentino, ed edito in Milano ai 15 dicembre del 1487 da maestro Ulderico Scinzenzeller alemanno. — IMPRESSUM MEDIOLANI PER MAGISTRUM VLDERICUM SCINZEN || ZELLER ALLAMANUM. ANNO DOMINI. M . CCCC . LXXXVII. DIE. XV || DECEMBRIS.

Questa edizione non è citata dai ben noti bibliografi, Brunet, Graesse, Hain, Panzer, i quali invece annotano e descrivono i seguenti incunabuli contenenti le orazioni del Filelfo ed altro.

L' HAIN ne cita uno s. l. a. e tip.: gli altri sono: *Milano, Pachel e Scinzenzeller, 1481 — Venezia, 1481 e 1482 — Brescia, Britannico, 1488 — Venezia, De-Zanis, 1491 — Venezia, De-Pinzis, 1492 e 1496 — Parigi, pro Johanne parvo, 1504 — Parigi, De-Pratis, 1515.*

L'edizione milanese del 1487, al pari delle succitate, contiene: — Lettera del Filelfo a Lodovico Maria Sforza, datata da Milano ai 27 maggio 1481.

Orazioni funebri — per Francesco Sforza; per Bianca Maria Visconti; pel Conte Filippo Borromeo; pel Cavaliere Stefano Federico Todeschini.

Orazioni nuziali — per Anna Maria Sforza e Alfonso d'Este; per Beatrice d' Este e Tristano Sforza; per Teodoro Plati ed Elisabetta Visconti; per Pietro Birago ed Elisabetta Princivalle: per Giovanni Simonetta e Margherita Cotta; per Giulia Mauruzi e Raimondo Attendolo (tradotta e ripubblicata da me con questi tipi nel 1887); per Margherita Arcimboldi e Antonio Crivelli.

Orazioni varie — per Francesco Sforza a Pio II; per Jacopo Borromeo, nuovo Vescovo di Pavia; per Lazzaro Scarampi, nuovo

Vescovo di Como; per Teodoro Plati, giureconsulto; per l'inaugurazione del proprio studio a Milano; per lo stesso argomento a Roma; a Sisto IV; per il suo ritorno a Roma.

Canzone morale a Dio in commendazione e raccomandazione di Filippo Maria Visconti nell'entrata del Vescovo di Pavia, Jacopo Borromeo: (edita anche dal CRESCIMBENI nella *Storia della Volgar Poesia)*.

Consolatoria al Conte Jacopo Marcello per la morte del figliuolo Valerio.

Gli apoftemmi di Plutarco tradotti dal greco in latino.

La rettorica di Aristotile resa latina, con dedica ad Alfonso Cardinale di Santa Chiesa.

Compendio dei suddetti.

Lettera a Federico Cornelio e sunto di leggi romane.

Consolatoria al nepote Pietro Giustino Filelfo per la morte di Alfina madre di lui.

Istruzione di ben vivere a Filiberto duca di Savoia (in volgare).

Versione di una opera medica di Galeno fatta da GIORGIO VALLA.

Fa seguito:

Precetti di arte rettorica: regole ed esempi per scrivere lettere, di GIAMMARIO FILELFO — opera non compresa nelle altre edizioni.

(2) Francesco Sforza. Nella sua corte il Filelfo recitò questa orazione, perchè ne facea parte insieme al padre della sposa, Nicolò Arcimboldi, consigliere aulico.

(3) Nicolò Arcimboldi prestò i suoi servigi in difficili e molto onorifici incarichi, prima a Filippo Maria Visconti, poi a Francesco Sforza: fu uomo coltissimo e grande amico di letterati, fra cui Enea Silvio Piccolomini, il Decembrio e specialmente il Nostro, che tenne con lui frequente corrispondenza epistolare e dedicogli diversi poetici componimenti. Morì nel 1454. (LITTA)

(4) Jacopo Filippo Crivelli, milanese, abbate cisterciense di Santa Maria da Ripalta, fu eletto Vescovo di Novara, addì 25 maggio del 1458: morì nel 1468. (UGHELLI. *Italia Sacra. IV, 719)*.

Contents.